



Über verschiedene Gewohnheiten

4 Sed nosti, Domine, quod magna multitudo non potest esse sine multa diversitate, ac quod laboriosam aerumpnis et miseriis plenam paene omnes vitam ducere coguntur, et servili subiectione regibus qui dominantur subesse. Ex quo factum est, quod pauci ex omnibus tantum otii habent, ut propria utentes arbitrii libertate ad sui notitiam pergere queant. Multis enim corporalibus curis et servitiis distrahuntur; ita te, qui es Deus absconditus, quaerere nequeunt.

Quare praeposuisti diversos reges atque videntes, qui prophetae dicuntur, populo tuo; quorum plerique legationis tuae officio usi tuo nomine cultum et leges instituerunt et rudem populum instruxerunt. Has leges perinde ac si tu ipse Rex regum facie ad faciem eis locutus fuisses acceptarunt, non eos sed te in ipsis audire credentes. Variis autem nationibus varios prophetas et magistros misisti, et alios uno, alios alio tempore.

Habet autem hoc humana terrena condicio quod longa consuetudo, quae in naturam transisse accipitur, pro veritate defenditur. Sic eveniunt non parvae dissensiones, quando quaelibet communitas suam fidem alteri praefert.

4 Du weißt jedoch, o Herr, dass eine große Menge nicht ohne viel Verschiedenheit sein kann und dass fast alle ein mühsames und mit Sorgen und Nöten volles Leben führen und in knechtlicher Unterwerfung den Königen, die herrschen, untertan sein müssen. Daher kam es, dass nur wenige von allen so viel Zeit und Muße haben, dass sie im Gebrauch ihrer Willensfreiheit zur Selbst-Kenntnis gelangen können. Durch viele körperliche Sorgen und Dienste werden sie davon abgelenkt. Dich, den verborgenen Gott, können sie daher nicht suchen.

Deshalb hast Du deinem Volk verschiedene Könige vorgesetzt und ihm Seher, die man Propheten nennt, gegeben. Von diesen haben viele der Sendung durch Dich entsprechend in Deinem Namen Kulte und Gesetze eingerichtet und so das ungebildete Volk unterwiesen. Diese Gesetze akzeptierten sie demgemäß so, als hättest Du, der König der Könige, von Angesicht zu Angesicht mit ihnen gesprochen; denn sie glaubten, nicht jene Könige und Propheten, sondern Dich in ihnen zu hören. Den verschiedenen Nationen hast Du aber verschiedene Propheten und Lehrer gesandt, die einen zu dieser, andere zu anderer Zeit

Doch es gehört mit zum irdischen Menschen, dass lange Gewohnheit, die wie etwas in die Natur Übergegangenes gilt, als Wahrheit verteidigt wird. Daraus entstehen nicht geringe Meinungsverschiedenheiten, wenn eine jede Gemeinschaft ihren Glauben dem der anderen vorzieht.